



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

An omnis intentio, & actio infidelium sit mala. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*Quidam dicunt prædicta non posse fieri bono fine. D*

*Quæ rāmen quidam contēdunt nunquam habere bonām causām. Qui enim aliena furatur ut Quod nom  
pauperibus tribuat, non pro bono (ut aiunt) fura fiant bono  
tur. Non enim bonum est alienā pauperibus ero- fin. notatu  
gare. Qui n. de rapina sacerdiciū Deo offert, idem ex verbis  
facit ut ait authoritas, ac si filium in cōspectu pa- Augustin.  
tris vext met, vel sacrificium carnis Deo offerat.  
Abominab̄ lis nempe Deo est impiorum oblatio.  
Ita etiam & hominem per adulterium à morte li-  
berare malum esse dicunt, Etsi h. bonū insit homi-  
nē à morte liberare, tamen si hominem liberare,  
malum esse afferunt. Ideoq; Aug. in superiorib⁹ di-  
cūt tēperasse sermonē cauteq; locutū, vbi ait, Ea  
quæ constat esse peccata, nullo, quasi bono fine;  
nullā velut bona intentione, facienda. Non enim  
simpliciter dixit bono fine & bona intentione, sed  
addidit, quasi & velut: quia talia non sunt bono  
fine, & bona intentione, sed intentione quæ vide-  
tur bona, & sine qua putatur bonus, sed non est.  
Nec ideo accepit Aug. ista ut aiunt, quin causas ha-  
beant malas: sed quia causas habēt quæ videntur  
bonæ, sunt tamen malæ.*

### AN OMNIS INTENTIO VEL ACTIO E ORVM QVI CARENT FIDE

*fit mala.*

### DISTINCT. XLII.

A

*CVMQVE intētio (ut supra dictum est) bonum  
opus faciat, & fides intentionem dirigat: non Quidam di-  
immerito quæri potest, vtrum omnis intentio, o- cunt omnes  
mneq; illorum op⁹ malum sit, qui fidem non ha- actions  
bent? Si n. fides intentionē dirigit, & intentio bo- hominis sine  
num opus facit, vbi nō est fides, nec intētio bona fide esse mā-  
nec opus bonum esse videntur. Quod à quibusdā fide bona  
non irrationaliter aſtruitur, qui dicunt omnes sunt.  
actiōes, & voluntates hominis sine fidē malas esse,*

I i      quæ

Rom.14.4

que fide habita bona existunt. vnde Apost. ait, O  
mne q̄ nō est ex fide, peccatum est. Quod exponē  
Aug. ait. Omnis infidelium vita peccatum est, &  
nihil bonum est sine summo hono: vbi deest agni-  
tio & ternæ veritatis falsa virt⁹ est, et ā in optimis  
morib⁹. Et Iacobus in epist. cano. ait. Qui offendit  
in uno, scilicet in charitate, factus est omnium reus.  
Qui ergo fidē & charitatem non habet, omnis ei⁹  
actio peccatum est, q̄a ad charitatē non refertur.  
Quod n. ad charitatem nō refertur (vt supra me-  
mīnit Aug.) non sit quēadmodum fieri oportet; i-  
deoq̄ malum est. Non ergo mandata custodit, q̄  
charitate caret: q̄a sine charitate nullum manda-  
torum custoditur, vnde Aug. super epistol. ad Gal.  
ait. Custoditionem legis dicit Apostolus, nō ine-  
briari, non occidere, non mœchari, & alia huius-  
modi ad bonos mores pertinentia, que sine cha-  
ritate, fide, & spe impleri non possunt. Nullum er-  
go mādatum implet, nullum bonum opus facit,  
qui fidem, charitatem non habet. Impossibile est  
enim (vt ait Apostolus) sine fide aliquid placere  
Deo. Quæ ergo sine fide sunt, bona nō sunt, quia  
omne bonum placet Deo.

*Quæ premissæ sententiæ obiiciuntur ex verbis  
Augustini.*

His autem obiicitur quod supra dixit Aug. scilicet  
quod in seruili timore, & si bonum fiat, non tamē  
benē. Nemo enim inuitus benefacit, etiam si bo-  
num est q̄ facit. Hic n. dicit bonum fieri, sed non  
bene, ab illo qui charitatem nō habet. Qui n. ser-  
uilit timet, charitate vacuus est: de quo tamen  
hic dicit, quia bonum facit, sed non bene. Qui etiā  
sup illum locū psalm. Turtur inuenit sibi nidum  
vbi reponat pullos suos: dicit q̄ Iudæi, heretici, &  
Pagani opera bona faciunt, quia vestiunt nudos,  
& pascunt pauperes & huiusmodi: sed nō in nido  
ecclesiaz, id est, in fide: & ideo concubantur pul-  
li eo-

Aug.li.sen-  
tentiarumProsperi  
ca.106.Tom.3.  
Iacob.2.bAd Rō.13.6  
Hebr.2.bLi. cōfessio-  
num 1.ca.12  
ad princ.p.  
Psa. 83 ad  
versum,3. in  
T.m.8.

liorum. Quibus illi respondent, dicentes, bona opera appellari huiusmodi, quia sine charitate sunt, non quia bona sint quando sic sunt, quod evidenter supra Augustinus docuit: sed quia bona essent, si aliter fierent: quae in suo genere sunt bona, sed ex affectu sunt mala.

*Aliorum sententia de premissa questione, qua querebatur  
si omnis actio eorum mala est, qui fidem  
non habent.*

G

Alii vero qui trifariam distinctionem actuum faciunt, opera cuncta que ad naturae subsidium finit, semper bona esse astruunt. Sed q[uod] Aug. mala esse dicit, si malas habeant causas. non ita accipiendum est, quasi ipsa mala sint: sed quia peccant & fatigantur ad mali sunt, qui ea malo sine agunt. Item illud aliud, scilicet bonum opus intentio facit, & intentione fidis dirigit, determinant, dicentes ibi bonum votatum quod remunerabile est ad vitam: non q[uod] illud sit solum bonum opus, immo etiam alia plura, licet, non ea ratione qua illud sunt bona. Bonum enim multipliciter accipitur, scilicet pro utili, pro remunerabili, pro signo boni, pro specie boni, pro licto, & aliis forte modis. Solaq[ue] illa intentio remunerabilis est ad vitam, quam fides dirigit: sed non illa sola bona est, ut aiunt. Nam si quis Iudeus vel malus Christianus necessitatem proximi reue lauerit naturali pietate ductus, bonum fecit, & bona fuit voluntas qua illud fecit.

*Hic ponuntur quedam Augu. capitula quae retractavit, non  
quasi prae dicta, sed quo sensu dixerit  
insinuans.*

D

Post hec inuestigari oportet, qualiter intellige- Cap. 14 in dum sit q[uod] ait Aug. in lib. de vera relig. Usque adeo, in principio, o. 1. quid, peccatum voluntarium malum est, ut nullo Lib. 1. retra. modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Huius in medio, dicti rationem Aug. aperiens in lib. retract. dicit, cap. 15. Potest videri falsa haec definitio, sed si diligenter

I i 2 dis

Determinat  
predicta  
verba Aug.  
Aug. in pra-  
Psal. 31. in  
Tomo 8  
Illud refer-  
tur superio-  
ri distinctio-  
ne.